primum peremptorium, Vti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vel in firmitate pro maiori mincommoditate successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitum Vel alios quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officii praefati castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia parvis simplicibus Vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conventionisque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Bronicki et Woronicz mutuo Intercisam Roborant et Statuent. 135

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Sigismundus de Bronice Bronicki ab una et Constantinus Woronicz Venator Smolenscensis parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia sibi et quidem Generosus Sigismundus Bronicki suo et

Generosa Magdalena de Zamoscie Consortis suae legitimae, prae:
fatus vero Generosus Constantinus Woronicz tutelam suo et Ge:
nerosi Georgii Woronicz cum olim Generosa Marianna de
eadem Zamoscie primi Voti Consorte sua procreati filii adprae:
sens minorennis, pro quorum ratihabitione sibi mutuo cavent,
ac se praesentibus inscribunt nominibus sibi mutuo et vicissim
Una pars alteri ac posteris Utriusque partis, se ac suos Successores in
et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis
quibusvis habitis et habendis, inscribunt et obligant praesentemque
Intercisam coram inter se Recognoscentes Divisorialem bono:
rum Villae Rybczynowice (?) in Terra praesenti consistentium ad su:
prascriptam Generosam Bronicka (?) et praefatum Generosum Georgi:
um Woronicz post mortem et de hac luce sterilem decessum
olim Generosi Constantini de eadem Zamoscie Zamoyski
Avunculum et fratrem iure naturalis successionis devoluto:
rum, diversasque certarum rerum et conditionum in eadem
divisione continentem de actu et data illius hic Premysliae
die hodierna in actu (?) confectam et conscriptam
manibus sui Recognoscentium propriis ab Utrimque et ceterorum
amicorum subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Inter:
cisae Conditionibus punctis Clausulis, articulis, Vadiis ligamen:
tis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere, complere
exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis
eius Contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus
fuerit, satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem prae:
sentem Roborationem, et Inscriptionem praesentem Robora:
tionem ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo.
Idque sub damnis Terrestribus simpliciter, absque corporali iu:
ramento taxandis et edicendis per partem parti cum
successoribus Utriusque partis ob non completionem contentorum
Intercisae.

Intercisiâ præfatâ omnium et singulorum tam in parte
quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendis. Nihilominus iidem suprascripti Recognoscen:
tes se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omni:
bus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis sibi
mutuo et invicem inscribunt et obligant præsentibus et qui
dem præfatus Generosus Sigismundus Woronicki memoratam
Generosam Magdalenam de Zamoscie sui Recognoscentis
Consortem legitimam vel in eventu mortis successores illius
cum personali sui Recognoscentis authoritate et assistentia
intra decursum Quatuor Septimanarum, suprascriptus ve:
ro Generosus Constantinus Woronicz Venator Smolencensis
itidem suprascriptum Generosum Georgium Woronicz filium
suum postquam adoleverit, vel in eventu mortis successores
illius, ad approbandam per ipsos Inscriptionem præsentem
Roborationem, vel aliam similem suo pro interesse facien:
dam, ad Acta quævis Authentica Regni vim et robur per:
petuitatis in se habentia adducere et personaliter stabi:
ere, ab illisq valeatur successoribus ut præmissa debite exe:
quantur efficere. Idq sub damnis aliis similibus Terrestribus
simpliciter absq corporali iuramento taxandis et adiven dis
per partem parti cum successoribus utriusq partis ob non stabi:
itionem tam præfatæ Consortis, quam et suprascripti filii
stabiendorum, vel in eventu mortis successorum illorum pro
tempore et loco superius expressis, ad solvendum succum:
bendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter
taxatis, modo præmisso ad solvendum succubitis, ac prore
aliqua principali ex contentis Inscriptionis præfatæ non comple:
ta complenda, citata existens memorata pars una præ
missa non tenens sive eius successores ad Instantiam

partis alterius praemissa tenenti et complenti Vel illius Successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex hinc recessu suprascripto quo adrespondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino eorundum peremptorio stare Juri parere respondere, damna praedicta simpliciter absque corporali iuramento taxata tenere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vel et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione vitra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quietationem Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullaque motione appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis Quarionibus Suspensionibus fatalitis Juris praescriptione Terrestri bello convocationeque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ossolinski et Zurowski mutuo Intercisam Roborant.

553 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Stanislaus Ossolinski ab Vna et Stanislaus Zurowski

Pincerna